

Bernhard Barnstorff

**Programma Funebre Qvo Rector Academiae Rostochienses Bernhardus
Barnstorff Poliater Et Medicinæ P. P. Exseqvias ... Matronæ Annæ Magdalenæ
Gente Hilleniæ Coniugio Steveriæ A Meridie Eundas Indicit**

Rostochii: Weplingius, [1703]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756279143>

Druck Freier  Zugang



Barnstorff, B.,
in A. M. v. Hillen,
uxor. A. M. Stever.

Rost. 1703.

PROGRAMMA FUNEBRE

QVO

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

D. BERNHARDUS

Barnstorff

POLIATER ET MEDICINÆ

EXSEQUIAS

PRÆSTANTISSIMÆ MATRONÆ

ANNÆ MAGDA-

LENÆ GENTE HILLENÆ

CONJUGIO STEVERÆ

A MERIDIE EUNDAS

INDICIT



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Univ. Typogr.





Fferetur hodie funus Præstantissimæ Ma-
tronæ ANNÆ MAGDALENÆ STE-
VERIÆ! Sed cur eam solum nomino?
cum scribere debueram, universam HIL-
LENIORUM familiam eo facto sepe-
liri. Sic etenim hominum progenies,
quasi id ipsum, quod vivitur, tempus,
procedunt. Tanto profundius sol diem
primum accedentem extollit; quo altius
eundem præcipitet: & quamquam in Varia horarum interval-
la & adhuc plura hominum officia se explicuerit; adeo tamen
dies esse definit, ut nullo opere revocari queat. Eadem est hu-
manarum generationum conditio: Prodeunt ex illis præclaræ
gentes ac nobiles familiæ; quæ à principio prolixissime effun-
duntur; mox tamen cum uno aut item alio nomine superstite
sic fere intereunt, uti in suprema hora dies deficit. Quotquot
autem sunt temporis helluones; idemque præsens avidissime
tenent, indigne ferunt præteritum: Solent circa ipsissimum
decedentis diei finem ejus recolere memoriam, atque secum,
quæ fecerint, sigillatim percensere. Eum morem nunc ego
sequar: cumque illam, cujus causa hæc scribo, ex omni familia
sua, apud nos antehac perquam celebrata, postremam esse no-
verim; origines illius altius repetam; ut quantum hoc funus
sit, facilius judicetis. Video autem ex sermonis latini & nostro
etiam usu inter majores Tritavi primum esse peculiare nomen.
Hinc nostratis STEVERIÆ progeniem repetam, sic quasi toti
familiæ parentaturus. Tritavus ejus JUSTUS von Hillen/
gente Brittanus militiam ante hoc sesqui-seculum, & quicquid
excurrit in super, exercuit, & sub *Caroli V. Romanorum* Augusti,
inter superiores Cæsares facile principis, signis præfuit mili-
tum centuriæ. Is dedit nostræ atavum JOHANNEM von
Hillen/ *Philippi II.* Hispaniarum regis excubiarum magistrum;
ê cujus

ê cujus filio, JUSTO von Hillen/ annonæ præfecto atq; equi-
tum magistro in *Ludovici Arausiani*, (qvi contra sangvinolen-
tum Hispani Regis ad Belgas Apostolum Albæ Ducem bella
geffit) exercitu, progenitus est JUSTUS von Hillen / Civis
atq; mercator primarius Osnabrugensis in Westphaliæ tractu,
qvi olim Chemarum fuit, aut Busacterorum. Is ipse ex A-
DELHEIDA Schröderin/ genuit Avum defunctæ Viruni
7c1. D. JOHANNEM à Hillen/ a Consiliis Regiæ Ma-
jest. Danicæ itemqve Principis Saxonis Leoburgici: cui viro
translatum ad nos nomen & illatam his terris familiam debe-
mus. Postqvamenim MARTINI GERDESII, *J. U. D. &*
Gustroviensium Consulis filiam ELISABETHAM, uxorem ac-
cepit, in sevit quasi ê stemmate suo furculum Megapolensi solo,
hunc proh dolor penitus extorrem. Alter qvippe ejus filius
JOHANNES CHRISTOPHORUS, qvondam hic Jurium
Doctor perqvam Celebris sine mascula prole occubuit. Pa-
rens autem demortuæ conjugis STEVERIÆ, HERMAN-
NUS FRIEDERICUS von Hillen/ apud nos primarius Ci-
vis qvamqvam infœcundum matrimonium non expertus sit:
eo tamen res rediit; ut hodie ex ipsa hac stirpe ultimam hanc
esse videritis. Ita nempe modo universa absorbet imperia;
modo privatas exedit domos implacabile fatum: & quæ nomi-
na produci in seram posteritatem merebantur, morte barba-
riem invehente obsolescunt. Ubi illud insuper mentionem re-
quirit: non modo paternam in illa exaruisse stirpem; sed ma-
ternam quoqve admodum declinatam esse, vixq; post nostratis
obitum in uno itemq; alio superstitite sustentari. Matrem au-
tem habuit ANNAM Hagemeisterinn/ LUCÆ HAGEMEI-
STERI, *Consulis Gustroviensis &* REGINÆ CLANDRIANÆ
ex DANIELE CLANDRIANO *item* Güstrovico Consule
natæ filiam: cujus Avus fuit GERHARDUS Hagemeister/
ante filium suum Consul Gústrovii atqve maritus ANNÆ ab

Udenstaden / è nobili Brunsvicensium familia ex MICHAELE
von Udenstade & ANNA KOCHIA genitæ. Et si ultra etiam
nostratis Abavum maternum LUCAM Hagemeister / Senato-
rem Gustrov., qui e *Lubicana* quadam familia ALBRECH-
torum Uxorem ANNAM duxit, progredi vellem: facile de-
monstratu foret; quantis ea familia incrementis adfurrexerit,
quæ nunc ferme dehiscit. Illæ ergo tam generosi Hilleniorum
fangvinis reliquæ nunc expirant: illa intercidunt tam præ-
clari nominis rudera! Rudera inquam, eo quod sequior sexus
fangvinem quidem à majoribus recipit, nomen autem non pro-
mouet. Namque si merito, (quod me audivisse memini) Ebraei
filium eo appellat vocabulo, quod ab ædificatione significandi
vim habent: tum certe filia non nisi rudera sunt pristinae do-
mus cum maculis subrutæ, atque in alias translata ædes; ubi supe-
rioris memoria nominis deficit primum, ac in secunda vel tertia
generatione penitus emoritur. Haud scio, utrum hæc legen-
tes, quæ mihi scribenti in mentem veniunt, sitis cogitaturi:
durum nempe esse sic aboleri celebres familias, sic extirpari
optimorum nominum memoriæ, sic generi genus quasi de
via cedere, & nobiles antehac gentes suo exitio facere instru-
menta ignobilioribus inclarescendi. Quod licet luctus mate-
riam insignem habeat: non tamen simplici hoc nomine plo-
randum est illis, quos STEVERIÆ nostræ excessus vel ex
fangvinis, vel adfinitatis lege gravius afficit. Namque si inde ab
iplo nativitatis anno, qui *LXV. seculi proxime præteriti fuit, Eamque*
VI. Eid. sextiles tulit, rationem ad hæc usque tempora in eas: pro
eo, quod à viribus nostris expectari, aut per imbecillitatem
humanam fieri potest, ipsa virtutem excoluit, facileque id à
nobis impetravit; ut non immerito cum ipsa solertis, atque
modestæ, atque elegantis matronæ exemplum abiisse dolea-
mus. Nemo eam vidit pietatis aut honestatis limites sive
sermonis, sive factorum vitio effringere. Nemo eam nisi ju-
sta

Ita suis præcipientem, De Deo sancte cogitantem, nemo suæ
 salutis prodigam audivit: nihil ad ipsius in regenda familia, aut
 sobole educanda prudentiam atque facilitatem accedere po-
 tuit venustius, nihil præclarius. Omnes in externo habitu mo-
 destiæ, in familiari consuetudine comitatis, in obeundis do-
 mesticis officiis sedulitatis numeros explevit. Et quod si ge-
 nuinum est integerrimæ virtutis argumentum, uti revera est,
 præsentissima invidia & obrectatio frequens: Tum sane, quia
 malevolorum se impeti judicavit calumniis defuncta, apud
 se ingenuæ virtutis habuit testimonium; & tum inique judi-
 cantium evasit proterviam. Attinet huc, quod mihi demanda-
 tum est, referre de præsentis ejus animo, quem morti vicina,
 & sub illius doloribus quasi altero jam pede in divino constituta
 judicio testata est, nihil sibi causæ esse, cur propter aliqua à
 malevolis conficta sibi quæ impacta convitia & injurias severum
 hunc expavescat judicem, eo quod testem habeat pro se con-
 scientiam, quam conceptis his verbis: *Mein Gewissen beist
 mich nicht* / moribunda exculpavit. Atque eo ipso nomine,
 quia ea modesta fuit, & proba, & comis, & pia, & ut verbo dicam
 virtuosa: acerbior ista calamitas *Honoratissimum viduum, meum
 Ad finem summopere* Colendum contingit. Est ille Prænobilis atq;
 prudentissimus Dn. JOHANNI-CASPARUS STEVERUS,
 Illustrium Provinciæ Ordinum Secretarius optime meritus. Is
 eam vix octavum supra decimum annum ingressam uxorem
 petiit, petitam accepit, acceptam Suavissime habuit, habitam
 autem nunc acerbissime amisit. Habuit cum ipsa inde ab
 Anno 1683. viginti annorum felix atque perquam Secundum
 matrimonium: dignus qui, quod olim P. Rubio Celeri cum
 Caia Ennia obtigit, XL. Annis sine querela cum conjugæ dile-
 ctissima viveret. Vix intimius in bonorum vitæ humanæ
 sensum penetramus, quam ubi, quæ bona habuimus, jis priva-
 mur: Nunquam deponet ille tam Charæ conjugis memo-
 riam

riam: ea autem recordatio nunquam suam exuet naturam; quæ est dolorem faucis menti refricare & semper vulnus obduratum vellicando mœrorem animo adferre. Sed vir ille est, atque luctu quantumvis graviter prematur, opprimi tamen se non finet, sed quo debent à prudenti viro omnis humanæ molestiæ ferri, hunc etiam casum accipiet. Et cum nemo, qui nostram propius civitatem cognovit, ignoret; quantum STEVERIANO *nomini* debeat respublica: omnès etiam privatæ eorum rei atque familiari vota divinæ consolationis ac remediõrum contra inflictam hanc plagam se debere agnoscent. Sed de liberis quoq; nunc matre adeo proba, adeo feliciter ipsorum mores formante atque ingenia exutis quid dicam? Confiunt illi Septenarium numerum, qui cum DEO alias facer sit, nunc quoque illi esto commendatissimus. Nomina autem soboli ejus data sunt: ANNA DOROTHEA, SOPHIA MAGDALENA, ELISABETHA; JUSTINA MARGARETA, JOHANNES FRIDERICUS, JOACHIMUS CHRISTOPHORUS, & qua altero ab hinc mente lucem primum aspexit CATARINA LOVYSA. Sunt ex illorum numero postremi ejus ætatis, ut longa adhuc intercessura sit mora antequam, quanti sit matre orbari svavissima, æstimare sciant aut perferant. Adultiores autem, eademque prorsus egregiæ, atque honestissimæ educationis, cujus artem beata exactissime calluit, viva sunt testimonia. Merito sane liberorum mœstissimorum luctui concedimus, ut huic funeri misere illachrymentur, ut planctus cieant, ut se mœrori penitus tradant, ut sibi orbitatem, qua fieri potest tristissima imagine repræsentent. Hæc enim sunt, quæ non secus possunt à pietate liberorum requiri, & ab amore teneriori in genetricem expectari. Cœterum sicubi, qui metalla exercent aut aurum tractant, si quando ea igne probe subacta habent, patiuntur eadem non nihil refrigerari: tum crederes pie defunctæ veniam

am

am nunc à moriendi necessitate faciendam fuisse, atque pro-
tam vario tamque molesto morbi sui imperu, quem toties sus-
tinuit, saltim longiorem vitam tribuendam. Morbus autem,
sexui illo familiaris, suffocatio hypochondriaca aut uterina no-
stro dicitur sermone: Quacum frequentius ante hac conflicta-
ta fuit; donec tandem mali pertinacia vinceretur. Vires au-
tem ille affectus quam maxime sumsit, cum post nonnullos in-
diata prægressos excessus interq; varias ægri animi passiones
decimo ante obitum die frigido admodum aeri sese commit-
teret: qui cum acres atque glutinosos humores, quos offendit,
arctius constrinxisset, morbum adeo auxit; ut omnem me-
dicinam aut excluderet aut repelleret. Acciderunt autem
morbo Tormina ventris perpetua, atque continua febris,
inflationes ac distensiones hypochondriorum, dolores lumbor-
um, præcordiorum anxietas, inappetentia, sitis inextinguibilis,
nausea, creberrimi ad vomitum impetus: quæ omnia, licet à superveniente
Diarrhæa seu dejectione copiosa materiæ biliosæ, mucilaginosæ & spumosæ parum opis expec-
taretur, nullam ægræ remissionem dederunt. Denique in
gravefcente morbo ariditas faucium omnimoda, molestissima
tussis, respirandi summa difficultas, vertigo, oculorum de-
fectus, tinnitus aurium, inedia atque vigiliæ cum convulsio-
nibus Epilepticis vires repetitis toties ictibus ac insultibus de-
bilitatas partim, partim exhaustas prostravit penitus atque ipsi
Martii Nonis finem attulit vitæ; quam præstantissima habuit
Matrona *XXXVII Ann. ac mensum* inluper, si unicum *demseris*
viduum, *IIK*. Mihic erte hæc cogitanti, & cum toties miser-
erimis, quos moritura atque primum decumbens persensit,
cruciatibus spectator adfuerim; satius factum esse videtur,
quod pro vitæ calamitate vicem æternæ quietis illi divina dede-
rit clementia: Non enim in eo felix esse putari debet viator,
sialiquando resistere queat in via, aut in arbore reclinari; cum
semper

temper denuo ipsi iter adeundum sit: illa autem vera est quies, quod si patriam suam atque domicilium assequitur. Sic homines tum demum pro dura vitæ conditione respirandi locum habent ac refrigerium, ubi cœlestem intrarunt patriam. Quamquam non diffitear sic esse hominum ingenium, ut neq̄ at sibi à luctu & dolore ob defunctos matura morte temperare: quamquam melius esse mortuis certo sciamus; quam aut nos vivimus, aut beatam vitam concipi posse judicamus. Suspicio sane illud inde esse, quod quamvis non desint, qui mortem prompte recepturi sint, quin etiam alii eandem feris sollicitent desideriis: tamen vel hi ipsi, vel nemo nostrum æquamente aut parentis, aut conjugis aut prolis mortem ferat; quia eos mortuos videndo nos mortales esse reminiscamur, & quod eos ereptos esse deprehendamus, è quibus exemplum cepimus securitatis de morte proxime nobis instante. Primum ergo nos nostræ mortalitatis memoria percellimur: dehinc, quia tamen vivendum nobis ultra est, dolore afficimur illo, quia carendum est illis, qui vitam nobis svavem atq; jucundam fecerunt. Hujus a. omnisque alius molestiæ unicum est effugium: ut à Deo vitam nobis & mortem, atque illorum vicissitudines esse cogitantes, animum plane receptum confirmemus. Quod evenire item *Mæstissima familia Steveriana* adprecor. Ne tamen, quæ ex humanitatis officii promanare videntur subsidia, aut vos met, aut ego ipse à Meritissima Familia desiderari frustra patiamur aut expectari; Senatum atque Cives omnes, quos hodie habeo, ut in funere frequenter procedant amice rogo & publice invito.


PP. Sub Sigillo Rector: Prid. Eid. Mart. 1703.

Conventus erit in aede Cathedrali Jacobæâ
hora 1. pomeridiana.

riam: ea autem recordatio nunquam suam ex
quæ est dolorem fauciarum mentirefricare & semp
duratum vellicando mœrorem animo adferre. S
atque luctu quantumvis graviter prematur, opp
non finet, sed quo debent à prudenti viro omnis
lestiæ ferri, hunc etiam casum accipiet. Et cu
nostram propius civitatem cognovit, ignoret; qu
VERIANO *nomini* debeat reipublica: omnes
eorum rei atque familiari vota divinæ consolatio
diorum contra inflictam hanc plagam se debe
Sed de liberis quoque nunc matre adeo proba, adeo
rum mores formante atque ingenia exutis quid
ciunt illi Septenarium numerum, qui cum DEO
nunc quoque illi esto commendatissimus. N
soboli ejus data sunt: ANNA DOROTHEA
MAGDALENA, ELISABETHA; JUSTI
GARETA, JOHANNES FRIDERICUS
MUS CHRISTOPHORUS, *æque altero ab hinc*
primum aspexit CATARINA LOVISA. Su
numero postremi ejus ætatis, ut longa adhuc i
mora antequam, quanti sit matre orbari svaviss
sciant aut perferant. Adultiores autem, eæ
lus egregiæ, atque honestissimæ educationis, cuj
ata exactissime calluit, viva sunt testimonia. M
berorum mœstissimorum luctui concedimus, i
misere illachrymentur, ut planctus cieant, ut su
nitus tradant, ut sibi orbitatem, qua fieri potest trist
ne repræsentent. Hæc enim sunt, quæ non secu
etate liberorum requiri, & ab amore teneriori in
expectari. Cœterum sicubi, qui metalla exerc
tractant, si quando ea igne probe subacta habent,
dem non nihil refrigerari: tum crederes pie de

Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxy-master.com

Vierfarbselector Standard - Euroskala Offset



A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
Focus
O
Balance
Q
R
S
T
U
V

am nunc à moriendi necessitate faciendam fuisse, atque pro
 tam vario tamque molesto morbi sui impetu, quem toties sus-
 tinuit, saltem longiorem vitam tribuendam. Morbus autem,
 sexui illo familiaris, suffocatio hypochondriaca aut uterina no-
 stro dicitur sermone: Quacum frequentius ante hac conflicta-
 ta fuit; donec tandem mali pertinacia vinceretur. Vires au-
 tem ille affectus quam maxime sumit, cum post nonnullos in-
 diata prægressos excessus interq; varias ægri animi passiones
 decimo ante obitum die frigido admodum aeri sese commit-
 teret: qui cum acres atque glutinosos humores, quos offendit,
 arctius constrinxisset, morbum adeo auxit; ut omnem me-
 dicinam aut excluderet aut repelleret. Acciderunt autem
 morbo Tormina vergeta, perpetua, atque continua febris,
 inflationes ac distensiones hypochondriorum, dolores lumbo-
 rum, præcordiorum, inappetentia, fitis inextinguibili-
 bilis, vomitum impetus: quæ omnia hæc seu dejectione copiosa
 humosæ parum opis expedierunt. Denique in
 animoda, molestissima vertigo, oculorum de-
 bilis cum convulsio-
 nis ac insultibus de-
 vit penitus atque ipsis
 præstantissima habuit
 insuper, si unicum *demseris*
 cogitanti, & cum toties miser-
 atque primum decumbens persensit,
 ator adfuerim; fatius factum esse videtur,
 quod calamitate vicem æternæ quietis illi divina dede-
 rit clemencia: Non enim in eo felix esse putari debet viator,
 si aliquando resistere queat in via, aut in arbore reclinari; cum
 semper

